







1721/17 454 17  
SPECIMEN CONCILIATIONIS 27  
ANTINOMIARUM  
QVARUNDAM IN JURE  
STATUTARIO FRANCOFUR-  
TENSII APPARENTIUM

UNA CUM  
BREVIEJUSDEM JURIS HISTORIA  
INDULTU MAGNIFICI JCTORUM  
ORDINIS

PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQVE JURE HONORES AC  
PRIVILEGIA DOCTORALIA

LEGITIME CONSEQVENDI

IN AUDITORIO MAJORI

HORIS CONSVETIS

DIE III. MAJI ANNI MDCCXXI.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQVISIONI SUBMITTIT

ESAIAS PHILIPPUS  
SCHNEIDER,

FRANCOFURTANUS AD MOENUM.

---

ERFORDIÆ,

Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. Typogr.

VIRO  
GENEROSO ATQVE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO

IOHAN. SIMONI  
FRANC  
DE LIECHTENSTEIN

J.V. Licentiato longè celeberrimo,

*Sororio suo honoratissimo,*

DISSERTATIONEM HANCCE INAUGURALEM  
ea, qua par est, observantia

D. D. D.

ESAIAS PHILIPPUS SCHNEIDER.





## PROOEMIUM.



**D**E legum in Republicā necessitate non opus est, ut multa disseramus, cum ante nos id egerint plurimi, id saltem inde assumemus, LLatorem ante omnia de earundem perspicuitate sollicitum esse debere, ne malitiæ ac improbitati litigantium portæ aperiuntur atque fenestræ. Cum autem (ut eleganter JUSTIN. §. 14. de Confirm. Digest. & L. 2. §. 14. C. de V. J. E. ait, & ad ipsissimam LLationis materiam applicat) omnium habere memoriam, & penitus in nullo peccare, divinitatis magis sit, quàm mortalitatis, ea quoque hominum perverfitas, ut leges sæpe numero in omnes formas mutabiles statuunt, ad eorum, quibus legum condendarum potestas competit, officium spectare existimamus, omnes, quò magis magisque reddantur clariores, in-



tendere nervos. Quoniam igitur in Reformatione Patria non exiguum ejuscemodi legum animadvertendum numerum, quas mercenariam legum peritiam profitentes pro lucelli oblato ratione modo huc, modo illuc, trahere solent, pro instituti nostri ratione cum Q. Mucio in *L. 2. §. 43. de O. J.* turpe arbitrati, jus, in quo annuente DEO nobis erit versandum, ignorare, pauca quædam eum in finem congesimus, ut stimulos adderemus bonæ illorum intentioni, qui de splendendis juris nostri statutarii defectibus diu iniere consilium. Longè verò à nobis absit, ut gloriosis illorum cineribus, qui in condendis patriæ nostræ placitis operam navarunt, maculam aspergere, vel alium quem scopum, præter proximi commodum, justitiæque incrementum, nobis præfigere satagemus. Interea haud abs re, imò exteris etiam gratum acceptumque futurum existimavimus, brevem, eamque historicam Legum nostrarum dare notitiam, ut harum rerum cupidis constare queat, partim, ad quam normam res judiciariæ apud majores nostros olim fuerint compositæ, partim etiam, quo tempore, quibusque occasionibus, instrumentis & auctoribus consuetudines superiorum ætatum, apud nostros usitatæ, in literas fuerint redactæ, variisque constitutionibus & edictis publicis adauctæ, reformatæ, donec in præsens, quod manibus optimo successu terimus, corpus & formam successivè coierint variæ in bonum Reip. majorum latæ constitutiones, legumque scita. Ut igitur à primis incunabilis rem ordiamur, ex annalibus medii ævi constat, Francofordiam nostram illa ætate  
in







cui operæ diligenti cura incumbentes ita finem impo-  
 sivere, ut Anno 1509. vigiliis Dominicæ Ascensionis  
 typis expressâ sub hoc titulo publicæ luci fuerit pro-  
 posita: *Reformation der Stat Franckensfort am Meine des  
 Heiligen Romischen Richs Cammer*, gedruckt durch Joh.  
 Schöffler / Bürger zu Maynz / & eodem anno die  
 XXVI. Augusti publicis urbis locis more consueto pro-  
 clamata, inque usum posthac introducta fuerit, cujus  
 typi exemplar singulis Senatus Assessoribus, singulis  
 denique curiis & oratoribus majorem in rei notitiam  
 oblatum fuit; ubi tamen notandum, præter has leges  
 mentionem etiam in Præfat. REFORMAT. injici,  
 Eines Statuten-Buchs/darinnen von allerley politischen  
 Händeln und Sachen vñele Statuten./ Ordnungen und  
 Satzungen verleiht seynd / darüber man nicht weni-  
 ger / als der berühmten Reformation gehalten &c. de  
 cujus verò vel auctore, vel origine, nihil habeo, quod  
 dicam. Atque ita normæ actionum civilium apud  
 majores nostros facies sese habuit per decursum præ-  
 ter propter LX. annorum, quibus elapsis Johannes  
 FICHARDUS, D. & Syndicus, novæ Reformationi  
 ansam suppeditavit, cujus verba ut commodo hoc lo-  
 co inserantur, è re nobis benè visum est: Zu wissen/  
 daß ich Joh. Fichard, beyder Rechten Doctor und Ad-  
 vocat zu Franckfurt / auf gnädigst Begehren aller  
 Graffen zu Solms Anno 1570. eine samtliche und ge-  
 meine Gerichts- und Lands-Ordnung verfasst &c.  
 Als

---

*Vid. Generosiff. apud Nos Patritii & Senatoris, Dn. Ach. Aug.  
 von Lersner Chronic. der Stadt Franckfurt am  
 Maynz. L. I. C. XI. p. 260. seq.*



Als solches mittlerzeit auch einige meiner Herren all-  
 hier erfahren/ solche Ordnung gelesen/ Ihnen gefallen  
 lassen und E. E. Rath fürgebracht worden/ daß die-  
 ser Statt alte Reformation Erläuterung und Erfül-  
 lung dessjenigen/ so mangelbahr/ bedörffte/ als bin  
 ich darauf in ermeldtem 71. Jahr durch die Zeit regie-  
 rende Burgermeister/ Herr Carl Kuhhorn und Herr  
 Henrich von Rhein aus Befehl E. E. Raths ersucht  
 worden/ mich solcher Arbeit gedachte alte Reforma-  
 tion aufs neue in gute Ordnung zu bringen/ alle man-  
 gelnde Stücke/ auch was noch bräuchlich/ aus den Sta-  
 tuten. Bücher darinnen zu bringen und als eine erneu-  
 erte Reformation zu stellen/ mich förderlichen zn bela-  
 den/ welches ich dann aus schuldigen Gehorsam nicht  
 können/ noch sollen verweigern &c. &c. quo labore  
 ex variorum Principum, Comitum ac Civitatum con-  
 finium ordinationibus ac statutis Reformationi Fran-  
 cofordienti multa addidit, singulaque in meliorem or-  
 dinem digessit, adminiculatrices ei manus ex Decreto  
 Senatus præbentibus Conrado Humbracht J. V. D. Jo-  
 hanne Steffan à Cronstetten, Scabinis, nec non qui-  
 busdam doctis, peritisimisque Syndicis, qui pro mo-  
 re illius seculi Advocati dicebantur; quam operam  
 quoad primam partem absolverunt Anno 1574. quia  
 verò revisio illa paulò lentiùs procederet, ad reviden-  
 das reliquas Reformationis partes adjuncti sunt Caro-  
 lus Kuhhorn, Christophorus zum Jungen, Scabini,  
 Philippus Stallburger, Henricus Kellner J. V. D. &  
 Syndicus, quorum studio totius novæ Reformationis  
 operi finis impositus anno 1578. quo anno totum etiam  
 Refor-



Reformationis corpus typis publicis fuit exscriptum. Cum verò interea, ut fieri solet, variis casibus nova accederent Senatusconsulta atque edicta, è re visum fuit, novam adornare revisionem; de quo instituto testari potest Præfatio editioni ab anno 1611. præmissa. Tandem ultimo loco illud etiam monendum duximus, post ea, quæ in systemate postremæ hujus statutorum nostrorum editionis continentur, varias pro diversitate casuum, materiarum, ac temporum ratione, ordinationes ac decreta pro ulteriori articulorum Reformationis explicatione fuisse publicata, de quibus in votis nobis, aliisque LL. patriæ cupidis, esset agere, nisi & instituti, & temporis ratio ad ipsum, quem nobis proposuimus, scopum nos properare juberet. Sit igitur

### ANTINOMIA APPARENS I.

**I**ure Civili certum est, tam pignus in specie ita dictum, quam hypothecam rerum, etiam immobilium, in privato instrumento, quin &, quantum ad hypothecam attinet, nuda voluntate validè posse constitui *L. 1. ff. de pign. act. L. 4. ff. de pignor. §. 7. 7. de Actio. CARPZOV. P. I. c. 28. d. 122. n. 2. BERLICH. P. II. c. 29. n. 1.* Etsi autem nudarum conventionum naturæ aliàs non conveniat, ut jus in re in alium transferat sine traditione *L. 3. pr. de O. & A.* autoritate tamen Prætoria aliud hic sancitum legimus *L. 17. §. 2. de pact.* quamvis negari non possit, hypothecam in instrumento publico, id est, actorum judicialium, vel trium testium, omni exceptione majorum, fide (an præcisè subscriptione? vid. MEV. P. VII. d. 233. ubi hoc affirmare videtur cum ZAUN-SCHLIF-



SCHLIFFERO in *Comm. ad d. Dec. STRUV. Exerc. XXVI.* §. 26. utut idem ille *P. V. d. 117.* negativam defendat cum GAIL. *L. II. O. 25. n. 10.* TEXTOR. *Disp. Acad. XX. §. 6.* qui post *Nov. LXXIII. c. 2.* testium recognitionem vel subscriptionem instrumenti requiri, adeoque propter subalternativam illam ex mente *d. Nov.* præcisè non exigi testium subscriptiones tradit, quanquam in casu *L. II. C. Qui pot. in pign. circ. fin. secus fuerit* nixo, constitutam privatæ anteferri *c. L. II.* Ast Reformatio Francofurtensis aliorum locorum, Saxoniz imprimis (de qua vid. CARPZ. *P. I. c. 28. d. 122. n. 1.* BERLICH. *P. II. c. 29. n. 3.*) Viennæ Austriæ, de qua GAIL. *L. II. O. 25. n. 10.* aliarumque, quæ Jure Lubecensi utuntur, civitatum (vid. MEVIUS *P. V. d. 157. n. 6. in not.*) dissonantia à Jure Communi statuta ex parte imitando, tam pignus, quod rei traditione perficitur, quam hypothecam rerum immobilium conventionalem (nam in legali, sive tacita secus vid. REFORM. FRANCOF. *P. II. Tit. XLX von Pfandschafften,* so durch die Partheyen nicht austrücklich abgeredt, noch bewilliget, sondern allein durch die Recht in etlichen benannten Fällen verordnet seyndt per tot. conf. BERLICH. *P. II. c. 29. n. 47. seq.*) non aliter valere jubet, quam si coram Consulibus libro publico, eò destinato, in Cancellaria inscribantur. Cujus instituti utilitatem post MEV. ad *Jus Lub. Lib. III. Tit. 4. art. 1. v. 4.* exinde commendat KLOZ in *Different. Jur. Civ. & Reform. Francof. ad P. II. Tit. XVIII. §. 2. & 3.* quod repertum sit adversus fraudes, tum, ne eadem res sæpius obligetur pluribus, idque ultra veram ejus æstimationem cum fraude aliquorum, tum, ne occasio sit, publicam hypothecam privatis pactis in antèrius tempus simulate conjectis evertere, tum, ut eò securior sit ejusmodi rerum alienatio ob non extimescenda onera forsitan in hærentia, tum, ut quibus oneribus quæque res alligetur, manifestum evadat, ne, ut, proh dolor! sæpius sit, creditores pro suis nummis fraudes & elusiones recipiant, & qui sibi prospicere cupit, is mediante hac solennitate possit id facere conf. GAIL. *Lib. II. O. 25. n. 10.* sed juvat, LLatores nostros ipsos audire loquentes, qui REF.

B

FRAN.



FRANCOF. P. II. Tit. XVIII. §. 1. & 2. sequentibus suam mentem sat clarè exprimunt:

Die Pfandungen und Znfäße liegender Güter geschehen auch auf zweyerley Weiß, entweder daß dieselben verlehete Güter, der Verpfänder und Schuldmann in seinem Besiß und Gebrauch, nach wie vor, behelt (quod Jura Communia hypothecam appellant) oder aber, daß er sie dem Pfandherrn würcklich zustellt und einthut, so lang, biß er seines darauf geliehen Gelds bezahlt wird, inn zu haben, und auch nütlichen zu gebrauchen (quod ea propter Pignus, Fauste Pfandt, specialiter ita à pugno secund. L. 238. §. 2. ff. de V. S. vocitari consuevit.)

Auf welcherley Weiß nun solche Verpfändungen und Znfäße, wollen geschehen: So sollen sie allwegen in unserer Camzley/ vor unsern Bürgermeister, beyden, oder ihrer einem, und sonst nirgendwo/ geschehen. Würde solchs überfahren, so sollen solche Znfäße unkräftig und nichtig seyn, auch in Recht darauff nichts erkant werden.

Luce meridiana clarius hinc elucet, in Patria cujuscunq̃ generis pignora & hypothecas rerum immobilium, licet traditio simul rei oppignoratae intervenerit, omni robore, jurisque effectu destitui, nisi judicialiter inscriptae fuerint ac confirmatae; adeo, ut extra Cancellariam, v. gr. coram Notario & testibus, constituta ne nudis quidem chirographariis preferantur, quoniam ipso jure sunt nullae, nec ullum adeoque effectum possunt producere; quod secus tamen in Foro Saxonico vid. CARPZ. P. I. c. 28. d. 127. n. 1. Part. II. c. 27. d. 14. BERLICH. P. II. c. 29. n. 42. seqq. Sed isti patrii juris dispositioni alius graviter ob stare videtur Textus REFORM. FRANCOF. Part. I. Tit. XLIX. §. 10. ubi sequentem in modum statuit Senatus:

Zum achten, gehen vor, die Creditores, so Einsäße in das Bürgermeisterbuch, und sonst austrückliche eingestzettel/ oder verschriebene/ oder auch sonst inhändige Pfand haben.

Quibus non vi verborum solam: und sonst austrückliche eingest



eingesetzte oder verschriebene/ extra Cancellariam constitu-  
tis hypothecis, sed & pignorbibus, strictè ita dictis, ibi: auch  
sonst inhändige Pfand haben/ generaliter & indistinctè tam  
valorem, quam prerogativam ante alios, imò omnes jure ta-  
citz hypothecæ munitos creditores, qui in nona demum clas-  
se collocantur, tribui apparet. Scrupulum auget, quod par-  
ticulæ alternativæ oder/ sive, aut, per quam in Textu hoc pi-  
gnora hypothecis, in Cancellaria constitutis, exarquantur, ea  
vis est disjunctiva, ut ad verificationem illius sufficiat, alte-  
ram partem esse veram per *L. 5. ff. de Condit. inst. L. 129. in f. de V. O.* vid. STRAUCH, in *Lexic. Partic. Jur. voc. aut. §. 2.*  
CALVINI *Lexic. Jurid. voc. aut.* id est, ut perinde sit, sive hy-  
potheca libro consulari inscribatur, sive pignus creditori re-  
vera tradatur. Quantaunque verò subesse hic videatur dif-  
ficultas, ea ex regulis sanæ interpretationis facile tolli poterit,  
si dicamus, priorem Textus *Part. I. Tit. XLIX.* partem de re-  
bus mobilibus & immobilibus indistinctè, posteriorem verò  
loqui saltem de mobilibus, ut adeò hic sensus emergat;

Zum achten gehen vor die Creditores, welche (sowohl in  
liegenden Gütern, so nach dieser Stadt Befehlen nirgende-  
wo, als in der Stadt-Cantley gültig verpfändet werden  
können, als fahrender Haab, vid. REFORM. *Part. II. Tit. XVII. §. 12.*) Einläze in das Burgermeister-Buch/ und  
sonst (in beweglichen Gütern) ausdrückliche (verstehe,  
entweder in dem Confess-Buch, laut dieser REFORM.  
*Part. II. Tit. XVII. §. 14.* junct. *Part. I. Tit. IV. §. 15.* ibi.  
Für dem Gericht-Schreiber in das Confess-Buch; conf-  
*Part. I. Tit. XXX. §. 2.* welches jedennoch heutiges Tages  
nicht mehr in der Gerichts- sondern Stadt-Cantley ver-  
wahrlich aufbehalten und daselbst ohne des Gerichts-  
Schreibers zuthun besoraet wird; oder Notario und Zeu-  
gen; oder auf andere Weiß vid. REFORM. *Part. II. tit. XVII. §. 12.*) eingesetzte oder verschriebene/ oder sonst  
(mobele vid. REFORM. *Part. II. Tit. XVII. §. 2.* seqq.)  
inhändige Pfand haben.

Ne tamen nostra hæcce conciliatio nostro solum cerebro o-  
rigi-



riginem debere videatur, hæc sententiæ rationes, ex genuinis artis interpretandi regulis desumtas, in medium adducimus, aliisque dijudicandas relinquimus; quoniam 1.) si aliter diceremus, in una, eademque legislatione, ubi, quid prius posteriusque sit, dici non potest, contrarietas reperiretur, quod autem absolum. Accedit 2.) quod sedes hujus materiæ sine dubio occurrat in *Part. II, Tit. XVIII. §. 1. & 2.* quippe, qui, testante rubro: *Von Verpfändung und Inpfänden liegender Güter*, totus in eo occupatus est, ut formam modumque constituendi hypothecam pignusve immobilium accurate & ex professo determinet, ex quo adeo alia loca fugitiva, quæ incidenter saltem de hypothecis & pignoribus disponunt, & in speciem contrarietatis quid alunt, explicanda, &, prout res exigit, restringenda sunt. Nec minus 3.) certum est, Jus Commune, valorem pignoris & hypothecæ mobilium, siue publice & judicialiter fiant, siue privatim, agnoscens, in statutis patriis (quæ hoc in casu parallela iterum sunt Juri Electorali Saxonico vid. *CARPZOV. P. I. c. 28. d. 67. n. 4. & P. II. c. 23. d. 9. BERLICH. P. II. c. 29. n. 13.*) non solum nusquam sublatur, sed loco ante relato *Part. II. Tit. XVII. §. 12.* expressè confirmatum, è contrario autem, quantum ad res immobiles, *Part. II. Tit. XVII. §. 1. & 2.* correctum esse; quibus ex fontibus ambigua Textus *Part. I. Tit. XLIX. §. 10.* generalitas cum aliis specialioribus, planis tamen & perspicuis, in concordiam, ut ita loquar, facillimè redigi potest, cum lex ex lege & statutum ex statuto sine dubio sit explicandum, Quibus 4.) addi potest, quod etsi quandoque in immobilibus etiam pignus constituatur vid. *L. 18. §. 1. ff. de pign. act. L. 4. C. de Pignor.* frequentius tamen id in mobilibus solet accidere *cit. L. 238. §. 2. de V. S. §. 7. J. de Action.* Unde non sine ratione licet conjicere, statutum nostrum verbis: *In händige Pfandt/* ad pignora mobilia, adeoque ad id, quod plurimum, non verò quod rarò fit, respexisse, hacque in parte monitum Pomponii, Celsi & Pauli, Jctorum, in *L. 3. 4. 5. & 6. ff. de LL.* fuisse secutum. Ut denique 5.) taceamus, sententiam nostram observantia Judicii Francofurtensis, pro qua



qua stante, nec sublata lege, semper militat juris præsumtio, frequenti hæcenus fuisse corroboratam, uti non in causa solum concursus edictali Christoph Stahlen, cujus omnes privata hypotheca gaudentes creditores in chirographariorum classem fuere remissi, factum esse, è MStis quibusdam majorum notis didici, sed hodiernum adhuc frequenter ita pronuntiarum à praxeos patriæ gnaris certior redditus sum; quamvis non dissidentibus, paucos ante annos in notissimo N. N. creditorum concursu ab extera quadam Facultate Juridica, ad quam acta eum in finem, ut Classificatio, quam dicunt, ritè institueretur, erant transmissa, contrarium decisum, & creditores, quibus debitor extra Cancellariam hypothecam in immobilibus constituerat, iis quidem, qui judiciali muniti erant hypotheca, postpositos, nudis tamen chirographariis prælatos fuisse; quod unicum tamen Præjudicium, ab Exteris, apud quos statutorum, consuetudinumque nostrarum notitia rarior, profectum, nec claræ statuti literæ, nec observantiæ ejusdem diuturnæ, nec aliis, quos res illa judicata non tangit, præjudicare posse existimo L. 2. & 3. C. Quib. res judic. non noc. Rubr. Tit. C. inter al. act. vel jud. aliis non noc.

## ANTINOMIA APPARENS II.

**N**OMINA & actiones nec mobilibus propriè, nec immobilibus bonis posse accenseri, sed tertiam & peculiarem bonorum speciem constituere, innumeris fere docetur legibus L. 7. §. 4. ff. de Pecul. L. 15. §. 2. de re jud. L. 1 C. de Prætor. pign. Ubi verò ad alterutram, mobilium, vel immobilium, speciem necessario (vid. CARPZ. P. III. c. 24. d. 1. n. 1. 2. & 3.) sunt referenda, ex objecto æstimari, ita, ut quæ rem immobilem habent pro objecto, immobilia; quæ mobilem, mobilia reputentur, non incerta juris ratione nititur arg. L. 15. ff. de R. I. L. 143. de V. S. L. 75. §. 3. de leg. I. conf. CARPZ. P. III. c. 23. d. 8. n. 7. seqq. SCHILTER. Exerc. IV. ad ff. §. 21. TEXTOR, Decis. Palat. LXIX. n. 4. GAIL. Lib. II, O, II, n. II.



FICHARD. *Tom. II. Conf. Germ. 73. n. 3.* STRUV. *Exerc. III. §. 85. & 86.* Et hanc sententiam sequitur REFORM. FRANCOF. *Part. II. Tit. III. §. 3. coll. §. 21.*

Auch, werden im Rechten Jura, Gerechtigkeiten, Dienstbarkeiten und Anspruch auf oder zu liegenden Gütern für unbeweglich gehalten.

Mit den jährlichen Pensionen und Gulten, so auf Häusern oder andern liegenden Gütern/erkauft werden, die weil dieselben auch für unbeweglich liegend Gut (wie obsteht §. 1.) geachtet, So soll ic.

Ubi actiones, ad res immobiles competentes, pro immobilibus habendas esse statuit, consequenter, argumento à contrario sensu ducto, actiones, quibus mobilia persequimur, in censu mobilium relinquit; Unde porro consequitur, quod pecunia, sub mobili, vel etiam sine ullo pignore, elocata, mobilis; sub hypotheca autem rei immobilis mutuo data, immobilis sit; quò sequens facit Fori Patrii præjudicium:

In Verbotts-Sache N. N. contra N. N. nachgelassene Erben wird allem Vorbringen nach zu recht erkannt, daß Beklagte förderst die Helffte deroer von dem threm Vatter vorgelehnten Geld restituender 108. Rthlr. 7. und 1. halben Rtt. Interesse, Capital und Agio, an Klägern, als legitimbenden Ehegatten, und dann ferner von der andern Helfft die vier seinen Kindern anererbte Siebentheile zu entrichten schuldig seyen, gestalten dieselbe dazu hiemit angewiesen und condemniret, die beyderseits aufgewandte Kosten aber bewegender Ursachen halben, gegeneinander compensiret werden.

Publ. ꝛ d. 19ten Maji 1706.

Huic verò dispositioni obstat 1.) eadem REFORM. *Part. II. Tit. III. §. 1.*

Erstlich ist zu wissen, daß allhie zu Franckfurt, vermöge gemeiner Recht, auch der alter Reformation, liegende Güter verstanden und geachtet werden, nicht allein diejenigen, so von Natur liegend und unbeweglich seynd, als Haus, Hoff, Gärten, Acker, Weingärten, Wiesen, Weyer, Fischwässer und



und dergleichen, die seyen gleich Erbeigen oder wiederkeufflich, zu Erb, oder Landsiedelen Rechten verlichen oder bestanden: Sondern auch jährliche Renten, Zins, Gülden, Ewig oder ablösig, Pfacht, verpfendete Schulden / Erbbestendnissen, sampt den Brieffen und Verschreibungen über solche Stück sagend: Solche alle sollen liegende und unbewegliche Güter geachtet werden.

Ubi in genere omnia nomina, sub hypotheca, sive pignore contracta, verpfendete Schulden / sine distinctione, utrum hypotheca, vel pignus mobile, aut immobile sit, immobilibus accensentur. Obstat 2.) REFORM. FRANCOF. Part. II, Tit. 17. §. 1. & 3.

Es mögen nicht allein wesentliche liegende Güter (davon bisher gehandelt) sondern auch Incorporalia Jura, und Gerechtigkeiten, als eines Ufsufructs, oder Besizes, einer Servitut und Dienstbarkeit, einer Schuldforderung und dergleichen, zum baar Geld verkauft und gekauft, werden. 2c. 2c.

Und dieweil solche Jura und Gerechtigkeiten, den unbeweglichen Gütern verglichen/ und darunter gerechnet werden: So wollen wir 2c.

Ubi indistincte die Schuld-forderung numeratur inter immobilia. Sed resp. generalis haecce textuum dispositio ex speciali, quae Part. II. Tit. III. §. 3. occurrit, & analogia Juris Communis, ex qua statuta declaranda sunt & interpretanda, ad nomina, hypothecâ vel pignore rerum immobilium munita, est restringenda conf. FICHARD. Tom. I. Conf. 34. n. 1. Cui accedit, quod si aliter diceremus, & in genere omnia pro immobilibus estimaremus nomina, oppido contradiceremus REFORM. Part. II. Tit. III. §. 5.

Aber alle andere Haab und Güter so hieoben nicht specificiret, seynd alle in der Zahl der beweglichen Güter/ als, Silbergeschirr, Kleinod (wie hohes Werths die auch seyn) Tapezereyen, baar Geld, verfallene oder betagte Rent, Zins, betagte Geld-Schulden/ Frucht und Wein, mit

mit welchem nicht gehandelt wird, auch Kleider, Hausrath, Werkzeug, und dergleichen.

Satis ex his liquere arbitror, secundum statutorum mentem nec Baldi, Jcti opinioni, à SCHILTERO *Exerc. IV. ad ff. §. 22, FICHARDO Tom. II. Conf. 45 n. 16.* recensita, locum esse, qui omnes res, adeoque & nomina, quæ fructus ferunt, immobilia; cetera autem mobilia esse opinatur. Ea enim stante vix ulla nomina in classe mobilium essent remansura, cum non in bonæ fidei judiciis solum de Jure Civili, sed & (post *Rec. Imp. de anno 1654. §. anreichend die künftige Zinsß 174.* cui jung. *REFORM. Part. II. Tit. XI. §. fin.*) in actionibus stricti juris post moram hodie usuræ debeantur. Ut taceamus, si proventus fructuum vel usurarum, res mobiles, in immobiles convertere potis esset, vacas etiam (quod tamen absurdum) aliæque pecora, quorum partus in fructu, immobilibus accenseas, necesse. confer *FICHARD. Tom. II. Conf. 45. n. 16. & 17. CARPZOV. Part. III. c. 23. d. 9 n. 1. & 2.* qui tamen *Part. III. c. 24. d. l.* priorum quasi immemor non satis cautè scribit, omnes res, ex quibus fructus percipiuntur, inter immobilia esse computandas. Ex mente præterea statutorum limitanda, vel declaranda potius est nostra thesis, quod scilicet nomina, quæ rem immobilem pro objecto habent, sint immobilia, ratione nominum sub hypotheca rei immobilis contractorum, quod nimirum immobilia esse designant, & inter mobilia referenda sint, quando dies nominis ejusmodi cedit, & intra trimestre spatium neque prolongatio in Cancellaria publicè facta, neque lis ea propter judicialiter est inchoata. Cum enim hoc in casu secundum *REFORM. Part. II. Tit. XVII. §. 18. conf. Neue Ordnung de anno 1635. sub rubr. von Insätzen §. 16.* jus hypothecæ reale extipret, & nil nisi actio personalis, ad rem mobilem, pecuniam scilicet numeratam, competens remaneat, iterum subintrat principium juris communis supra stabilitum, quod nomen hoc, sive actio secundum suum objectum mobilis sit; quò apprime facit *REFORM. cit. Part. II. Tit. III. §. 5.* ubi be-  
tagte Geld-Schulden sine discrimine mobilibus adjungit.

ANTI-



ANTINOMIA APPARENS III.

Jure non tantum Justiniano, verum & Pontificio, bonorum rerumque inter conjuges societatem obdine, non pauci sunt, qui existimant vid. LAUTERB. in *dissert. de societ. bonor. conjug. Cap. II. §. 3. & 6.* Quamvis autem ex antiquissima Romuli sanctione inter conjuges societas quoad bona fuerit introducta, testante id ipsum LAUTERB. *cit. §. 3.* Jus tamen Civile & Canonicum hanc inter conjuges bonorum societatem non amplius agnoscere, recte observat MEVIUS ad 7. L. Tit. IV. art. 5. n. 5. & 7. FICHARD. Tom. II. *Conf. 131. n. 5.* COVARRUV. *Tract. de matrimon. P. II. C. VII. §. 7. n. 5.* LAUTERB. in *dissert. de peric. rer. in societ. conjug. illat. §. 14.* aliique. Moribus itaque primum Germanorum priscis (de quibus TACITUS de *morib. Germ.* ubi mulierem in ipsis matrimonii initiis admonitam docet, venire se laborum, periculorumque sociam, passuram idem & ausuram cum marito in pace & bello) communio bonorum invaluit, postea varia populorum jura statutaque, quibus illa firmari cepit, fuere infecuta, ut scilicet ea ratione conjunctioni animorum, artissimoque, quod conjuges prospera pariter ac adversa fortunæ socios constituit, vinculo consulatur, uti egregie disse-rit LAUTERB. *l. cit. §. 7. & 8.* Quemadmodum autem societas hæc plerisque in locis non universalis omnium, sed bonorum tantum eorum est, quæ ex quæstu proveniunt; unde est, quod illa bona, quæ conjuges ante contractam societatem habuere, in hanc communionem non veniant, ut eorum proprietates invicem communicetur L. 7. *seq. ff. pro soc.* SCHULTES. *Quest. Forens. XIV n. 18.* Sed quod illatis restituti superest, pro lucro reputatur & communicatur, adeoque in divisione bonorum conjugum primo detrahitur capitale, id est, illata uxoris, sive dos, sive parapherna fuerint, hoc deducto maritus ejusve hæres ex acervo deducit & suum capitale, omniaque bona, quæ habebat & ad matrimonium transtulit &c. HEESER. *de acques. Conjug. Part. II. Loc. 15. n. 99.*

C

Ita



Ita & REFORMATIO nostra, qua & societas introducta, disponit *Part. V. Tit. V. §. 2.* cujus verba hæc sunt:

Und nemlich, daß solche Güter, so zwey Eheleut in stehen der Ehe bey einander, es seye durch ihr eins (doch daß das selbig Ehegemacht kein eigenen sondern Handel führe) oder sie beyde mit ihren Mühsamen Fleiß, guter treulicher Haushaltung und fürsichtiger Geschicklichkeit über dasjenige/ so sie beydersits zusammen gebracht haben/ durch den Segen Gottes erobern und an sich bringen für erzeugte Güther sollen verstanden und gehalten werden.

Quod indubium juris principium ad specialem etiam casum, ubi rei immobilis, in priore conjugio emta, pretii pars quædam eodem conjugio durante, residuum vero in posteriore matrimonio solutum est, applicatum legitimus in *Part. III. Tit. VI. §. 6. & 7.*

Als wir auch befunden, daß sich oftmahls in dem Kaufsen der liegenden Güter, so Eheleut mit einander thun, zugetragen, daß die Bezahlung derselben nicht baar geschehen, sondern auf Zeit und Ziel erstreckt, darauf auch je zu Zeiten etliche derselben Ziel bezahlet worden, darzwischen aber da ein Ehegemacht verstorben, das überlebend zu der andern Ehe geschritten, und in solcher zweyten Ehe, die übrigen Ziel (etwann auch nur eines) bezahlet worden, und demnach erst die Wehrschafft, ihnen den Eheleuten zweyter Ehe (in deren der Kauff doch nicht geschlossen) geschehen: oder daß hinweg erwann ein Haus, oder Hofgut, umb ein benannt Geld erkaufft, und daran nur ein dritter oder vierdter Theil baar bezahlet, und doch die Wehrschafft den beyden kauffenden Eheleuten, als wäre die Bezahlung vollkommlich vergnügt, geschehen: dagegen aber für die übrigen Ziel, so noch zu bezahlen restiret, sie die Eheleut das erkauffte Gut so bald dem Verkauffter hypotheciret und eingesezt haben. Folgends aber gleicher gestalt, der Ehegemacht eins verstorben, das lebtlebend auch zu der zweyten Ehe geschritten, und in derselben, die übrigen Ziel vollkommlich bezahlet, die Wehrschafft aber zuvor



zuvor in erster Ehe geschehen : deswegen die Kinder derselben ersten Ehe ( wann es zu dem Fall kommen ) das erkauffte Gut ( unangesehen , daß bey ihrem Vater oder Mutter nur ein Viertel des Kauffgelds daran bezahlt ) das halber Theil daran bevoorauß , in Krafft der Wehrschafft , haben wollen : desgleichen auch im vorgehenden Fall , da die Wehrschafft in der zweyten Ehe geschehen , haben die Kinder derselben Ehe auch den halben Theil , an dem erkaufften Gut , wollen bevor haben , ungeacht obgleich ihr Vater oder Mutter nur ein einzig Ziel daran bezahlt : daraus dann erfolget , daß einmahl den Kindern erster , dann aber den Kindern zweyter Ehe , mercklicher Nachtheil und Abbruch ( bieweil man schlecht auf die Wehrbriefe gangen ) deswegen zugestanden ist .

Solches nun zuvor kommen , so ordnen und setzen wir , daß sich solche Fälle hinführo mehr zutragen würden , und die Kinder erster oder zweyter Ehe , glaublich darthun könnten , wie viel an dem Kauffgeld ihre Vater und Mutter sambtlich bezahlt haben : daß alsdann die andern Kinder , welche die Wehrschafft , von wegen deren Eltern für sich haben ( so fern sie bey dem erkaufften Gut bleiben wollen ) den andern , den halben Theil des Kauff-Schillings , so viel ihr Vater oder Mutter kundlich daran erlegt , herausgeben , und erstatten sollen , unangesehen , der Wehrbriefe , welche doch sonst nicht destoweniger in ihren Würden und Kräften bleiben sollen .

Unde apparet, obveniente casu, ubi unus conjugum prædefunctus ex communi bonorum substantia, vel etiam acquæstu, cujus dimidium ad ipsum pertinuit, partem pretii rei immobilis emtæ solvit, mediam hujus partem ipsius liberis, ab alterius conjugii liberis, qui vi resignationis judicialis, apud nos Wehrschafft dicat, dominium ejusdem rei sibi vindicant, restituendam esse. Graviter verò obstat eadem REFORM. Part. V. Tit. V. §. 8. ubi generaliter dicitur:

Wann auch die Eheleut in ein erkaufft und erzeugt Guth sich sämmtlich einsetzen, und wahren lassen, es sey gleich



Das Geld ihrer eines/oder ihrer beyder: so soll solch Gut auch für ein gemein Gut ihrer beyder Eheleut, gehalten werden.

Quibus ex verbis inferendum videtur, quod quia res, à conjugibus communitè emta, sine ulla distinctione, utrum pretium ejusdem unus, an uterque conjugum solverit, communis est, nec in divisione ejusdem rei totum solventi pretium, quod in matrimonio intulit, sit restituendum. Sed in promptu est resolutio, si 1) attendamus, à posita communione ad negatam fortis restitutionem ei faciendam, qui eam venditori solus solvit, non procedere sequelam; Imò invertenda potius est argumentatio, cum ex ea ipsa ratione, quoniam res, à conjugibus emta, communis est, & quidem propter societatem bonorum, moribus & statutis in Germania passim, & apud nos introductis, tacite contractam, necesse sit ut concludas, hanc communionem ex regulis societatis expressæ, quas Jura Communia suppeditant, esse dijudicandam vid. LAUTERB. *pralaud. dissert. Cap. 1. §. 3. Cui 2.)* accedit, secundum Textum REFORM. *Part. III. Tit. VI. §. 6. & 7.* in casu, ubi partis pretii rei immobilis dimidia portio ab uno conjugum præmortuo soluta est, eandem ejus heredibus in familia eriscundæ, vel communi dividendo judicio refarciendam esse; unde consequitur, & naturali, & civili ratione idem juris esse in toto quoad totam, quod juris est in parte quoad partem. Nec abs re 3) est illa consideratio, quia heredibus unius conjugis prædefuncti portio pretii, quam hic solvit, restituenda est, idem juris quoque in ipso illo conjugè, si adhuc viveret, obtinuisse, quoniam heres defuncti personam sustinet, & nemo plus juris in heredem suum transferre potuit, quam ipse habuit *L. 54. ff. de R. J. Imò, si 4.)* ante memoratus Textus *Part. III. Tit. 6. §. 6 & 7.* penitus inspiciatur, nullum hac in re superesse poterit dubium, cum ibidem LLatores nostri indignentur, & iniquum judicent, à quibusdam crudè adeo, literas resignationis judicialis (Wehr-Brieffe) & statuta nostra, communionem rei, à conjugibus communitè emtz, inducentia, accipi, ut dimidiam e-

jus.



jusdem partem singulis tribuant, nec ullam fortis restitutionem ei, qui eam expendit, faciendam arbitrentur. Adde, quod si 3.) modo recensita, sed incongrua, locum haberet interpretatio, *L. Edictali hac 6. C. de Sec. Nupt. cujus alibi mentio fiet*, à marito vel uxore, in secundo matrimonio constitutis, facile fraus fieri posset, si modo cum novo conjugue suo multas res immobiles junctim emeret, easque de suo solus, vel sola, solveret, quoniam horum dimidiam partem, portionem licet filialem multò superantem, secundus conjux jure prætenderet, quod autem non ferendum. Sed, inquires, verba statuti nostri *Part. V. tit. V. §. 8.* accipienda esse ita, ut aliquid operentur, nullum autem effectum remansurum, si secundum nostram opinionem res, à conjugibus emta, communis quidem sit, licet pretium ejusdem unus saltem ipsorum de suo solverit, illud tamen pretium, soluta per mortem societate, solventi postmodum, vel ejus heredibus veniat restituendum. Verum enim verò ex societatis natura levi ostendi potest opera, insignem adhuc superesse communionis effectum, quem, aucto vel diminuto rerum istarum pretio, in lucro vel damno, cuius sociorum, sive conjugum, pro dimidia parte obveniente, consistere in aprico est.

#### ANTINOMIA APPARENS IV.

**S**ocietatis, communionisque materiæ jungenda, subque incudem omnino revocanda venit anceps in statutis, quibus utimur, quæstionis cujusdam decisio, quæ eò redit: Utrum ad inducendam rei, a conjugibus stante matrimonio empta, communionem sufficiat, si conjuges junctim pecuniâ rem sibi compararint; an verò resignatio insuper judicialis, a nobis conjugibus facta, requiratur? Textus, affirmans prius, ita sonat *Part. III. l. VI. §. 1.*

Wann zwey Ehegemaheln in stehender Ehe einig liegend  
Gut mit einander Kauffen/ das soll ihnen gemein seyn;  
derwegen auch die Wehrschaft ihnen beyden samptlich in  
unser Canzley geschehen.

Unde luce meridiana clarius patet, nihil ad communionem amplius heic requiri, quam ut res conjunctim fuerit acquisita; verba enim subsequencia: *Derwegen auch die Wehrs schaffe ihnen beyden sampelich in unser Canzley geschehen/* nil indicant, nisi consequens emtionis illius & communionis, scilicet, utrique conjugi resignationem rei emptæ judicialem (quam G. Jac. Schutzius in Jure Francof. Reform. per vocem **EVICTIO**NIS, quippe qua possessio aufertur, non transferitur, incongruè passim reddidit) fieri debere; quam sententiam Inclutum in Patria Judicium ante aliquot annos in causa Sonnemanns contra seine Frau præjudicio, nisi fallor, approbavit atque secutum est. Contrarium vero reperitur ejusdem **REFORMAT. Part. V. tit. V. §. 3. sup. jamjam citat.**

*Wenn auch die Eheleut in ein erkauft und erzeugt Gut sich sampelich einsetzen und wahren lassen/ Es seye gleich das Gelt ihrer eines, oder ihrer beyder: So soll solch Gut auch für ein gemein Gut ihrer beyder Eheleut, gehalten werden.*

Ubi communio non ante perfecta videtur, quam emtioni resignatio, sive traditio judicialis accesserit. Sed quicquid dubii subesse heic videatur, id facile resolvi poterit, utroque Textu accuratius paulo inspecto, cum inde sat clarum evadat, non utrobique de uno, sed plane diversis agi casibus. In priore namque Textu, testante id rubro & nigro, LLatores nostri sine ullo dubio casum tractant, ubi conjuges durante matrimonio rem quandam conjunctim emunt, ibique, quid juris sit, addunt. Ast posteriore loco alia plane occurrit quaestio de re unius conjugis propria, vel ab uno saltem conjuge durante matrimonio proprio zre & nomine, uti vi *Part. III. tit. VI. §. 2.* fas est, comparata, cujus dominium tandem ad illum solum pertinet, donec ipse eandem conjugi suo communicet, quod fieri etiam potest, si resignatio, seu possessionis translatio judicialis, utrique fiat. Et hæc statuti mens ex verbis immediate præcedentibus scilicet *Part. V. tit. V. §. 7.* abunde patet, ubi regula traditur, Conjugem rem, ad se solum pertinentem, per instrumenta cum conjuge libere posse communicare; cujus rei exemplum deinde in hoc nostro



stro §. 8. subjungitur, de re unius conjugis propria, sed mediante assignatione judiciali & instrumento propterea confecto, quod nostris Wehrbrieff dicitur, communi facta. Et huc iterum facit Textus *Part. III. tit. VI. §. 6. & 7.* à nobis antea verbotenus relatus, ubi ex eadem statuti ratione rei, in priore matrimonio emptæ, proprietas, si resignatio judicialis in secundo demum matrimonio accessit, posteriori huic conjugio addicitur, modò prioris matrimonii liberis ea, quam diximus, ratione satisfiat. Accedit pro firmanda nostra sententia, quod nulla secundum statutum nostrum, id quod bonorum inter conjuges societatem agnoscit, causa appareat, quare in re, quam maritus & uxor conjunctim acquisivere, maritus plus juris, quam uxor, habere possit, cum eo casu utriusque nomen instrumento emtionis venditionis inseri fuerit, & ex eadem, id est, nulla ratione, qua maritus, etiam uxor solidum sibi asserere posset. Non quidem diffiteor, alium, & graviolem fortassis, scrupulum contra nostram sententiam posse moveri ex *Part. II. r. III. §. 7.*

Es sollen auch die Aufsgiffen und Wehrschafften uber solche verkauffte liegende Güter, und so darsür geacht, nicht gend anderswo, als in unserer Canklen, für beyden unsern Bürgermeistern, und noch einem Schessen, inmassen bißher bräuchlich herkommen, geschehen. Da aber solchs anders lassen würde, und die Aufsgiff oder Wehrschafft an andern Orten, als vor Notarien und andern Personen, oder des Verkaufers, und anderer, als Underhändler und Zeugen Insigneln, geschehen wolte: So soll dieselbig nicht Krafft haben, noch darauff in Recht erkannt werden.

quoniam dato, quod dominium rei immobilis plane non transeat in e mentes, nisi translatione possessionis judicialiter facta, necessario sequitur, nec condominium, sive communionem, conjugibus, qui rem communiter saltem emerunt, ante resignationem illam judicialem competere. Sed hoc non obstante, in ea, quam proposuimus, opinione immoti persistimus; quoniam 1.) casus dantur, quibus & citra resignationem judicialem dominium rei immobilis acquiritur, per Textum REFORMAT, *Part. II. tit. III. §. 8.*

Doct



Doch da jemand ein liegend Gut, oder so dafür geacht, über dreßsig Jahr, sonderlich aber biß in vierzig Jahr eingerechnet, seiner Eltern Freunde oder vorigen Inhabern solches Guts, ruhigen Possess unangefochten ruhiglich innegehabt und besessen hätte, ob er gleich hernach datum angefochten werden wolt, und keinen Wehrbrief fürzulegen hätte: so soll er doch in Krafft loagisimæ præscriptionis und der Verjährung, vermöge der Kaiserlichen Drecht, nicht desto weniger dabey nochmahls gelassen und gehandelt werden.

2.) Quia, concessio, quod ante resignationem judicalem regulariter dominium rei immobilis ementi non competat, si verbis statuti nostri strictè inhæreamus, jus tamen ad rem, ex contractu emtionis descendens, utrique conjugii est commune, nec unus præ altero jus potius habet.

ANTINOMIA APPARENS V.

**J**ure Communi uxorem non teneri, si cum marito in uno Instrumento, tanquam correa debendi, sese principaliter obligavit, nisi manifestè probetur, pecuniam in propriam uxoris utilitatem esse versam, communi Dd. calculo approbata est sententia, defensa à GAILL. Lib. II. obs. 89. n. 1. BERLICH. Part. II. c. 19. n. 59. seqq. LAUTERB. in Colleg. Theor. Pract. ad Tit. ff. ad SCtum Vellejan. & in dissert. de ere alien. in soc. conj. contr. solv. Cap. II. §. 7. CARPZOV. Lib. II. resp. 75. innumerisque aliis. Nec suis doctrina hæcce destituitur fundamentis, quoniam Jure Civili societas bonorum inter conjuges incognita est, omnis acquisitus ad maritum pertinet, idem omnia matrimonii onera ferre teneatur, adeoque & ad æs alienum, durante matrimonio contractum, solvendum solus obligatur, uxor verò, si correaliter pro talibus debitis cum ipso se obliget, re vera alienum debitum in se recipere, adeoque contra SCtum Vellejanum & Auth. si qua mulier. intercedere videtur. Postquam autem multis in Germania locis societas bonorum conjugalis (uti supra in ANTIN. III. di.





Ill. dictum) recepta, vel potius retenta est, incongrua sane foret ad eadem Juris Romani applicatio, quantum ad quaestiones, ex regulis societatis hujus decidendas, attinet; cum si has spectes, omnes Juris communis supra enumerata rationes cessent. Cum enim dictis in locis, ubi societas ea inter conjuges viget, acquisitus utrique conjugi, adeoque & uxori, communicetur, & ex eadem causa, cum lucri & damni eadem sit ratio, ipsa quoque matrimonii onera cum marito ferre, ac res alienum, ad sustinenda ea contractum, exsolvere teneatur conf. LAUTERB. cit. antea dissert. §. 24. sese pro isdem in uno, eodemque instrumento cum marito suo, sive correaliter, sive aequae principaliter, obligando, rem non alienam, sed propriam, vel communem potius gerit, quo casu & intercessiones mulierum Jure Civili pro invalidis non reputantur. Et haec sine dubio fuere rationes, quae conditiones Juris Patrii moverunt, ut uxorem ratione chirographi, quod una cum suo marito subscripsit, pro parte dimidia obligatam censerent, adeo, ut ea ab hoc nexu ne quidem mediante beneficio separationis bonorum & renuntiationis acquisitus se liberare valeat. Ita enim REFORM. nostra Part. III. Tit. VII. §. 3. sese explicat;

Zm Fall aber, das leztlebende sich darinn (scil. das es alle Schulden vor voll bezahlen solle) beschwert befunde, (des Schulden Last halben) und derwegen den Besess den liegenden Gütern, auch die fahrende Haab (wie nechst gemeldt) nicht behalten, noch annehmen, sondern sich deren entschlagen, und darauf renunciiren und verzeihen wolte, (welches aber auf Was, wie nechst hernach folgen wird, geschehen solle,) alsdenn soll es auch an den Schulden weiter nicht, dann die obligationes und Schuldverschreibungen, ihnen den leztlebenden mit besagend, zu setzen Theil / aber von des verstorbenen wegen gar nichts zu bezahlen schuldig seyn.

In specie vero ratione arii alieni, apud Judaeos contracti, requiritur, ut uxor sua manu, vel per alium chirographum subscripserit, alias cum marito suo non tenetur secundum: Part. II, Tit. XII, §. 3.

D

Wäre



Wäre es dann, daß einiger unser Bürger, so ein Ehemweib hätte, hinder oder ohne Wissen und Bewilligung derselben, Geld bey den Juden aufnemme und entlehnet: ob er gleich dieselbig sein Ehemweib mit in die Schuld-Verschreibung nahmhafft hätte eingesetzt: so soll doch solche Schuld-Verschreibung nur ihn den Mann, und seine Hausfrau gar nicht binden. Es wäre denn, daß sie williglich und ungedrungen, solche Schuld-Verschreibung mit eigener Hand unterschrieben: oder da sie nicht schreiben könnte, einen andern ehrbaren Mann für sich zu unterschreiben, und auch zu sigeln erbeten hätte: In welchem Fall sie mit verpfllicht und also mit zu bezahlen schuldig seyn soll. *conter. Part. I. Tit. XXX. §. 4.*

Huc etiam facit Senatusconsultum *de Anno 1626. 2. Mart.* quo cavetur, ne uxores opificum, aliaque, quibus beneficium separationis bonorum non competit, sed solidi solutio incumbit, iudicis teneantur, nisi ratione debitorum à maritis suis apud hos contractorum, suamet se obligaverint subscriptione, verbis:

Daß fürrohin weder zu Schöffens-Rath noch für Bürgermeisterlicher Audiens keinem einkigen Juden wider etwige Wittib, so vermög der REFORMAT. *Part. III. Tit. VII. §. 11. 12. & 20.* das beneficium renuntiationis & separationis nicht hat, einige Zahlung wegen ihres Mannes Schulden erkannt werden solle; es wäre dann daß sie selbst oder durch einen andern *specialiter von ihr erbetteten/ die Obligation mit unterschrieben.*

Graviter verò obstant alia statutorum nostrorum loca, quibus mulieribus nostris beneficium S<sup>C</sup>i Vellejani & Authent. Si qua mulier relinquitor; unde sequi videtur, quod non sufficiat ad obligandam pro parte dimidia uxorem, si hæc chirographum una cum marito nudè subscripserit, ( quod solum requirunt loca, à nobis jam allegata ) sed præterea opus sit, ut sub certis solennitatibus beneficio S<sup>C</sup>i Vellejani & Authent. Si qua mulier renuntiet, Ita enim *Part. II, Tit. XVI. §. 11, 12, & 13.* constitutum legimus;

Nach



Nachdem aber die Weibs-Personen, da dieselben für andere, auch für ihre eigene Ehemänner, sich der Bezahlung haiben verbürgen, und ihre Güter verschreiben, durch die Kayserlichen Recht, als Senatusconsultum Vellejanum, & Authenticam, si qua mulier, &c. sonderlich hoch befreuet seynd, also daß solche ihre Burgschaften und Verschreibungen nichtig und kraftlos seyn sollen: und aber wir aus Erfahrung befunden, daß mehrmahls gute redliche Leut, so aus gutem Vertrauen, auf solche Weibliche Burgschaften und Verschreibungen sich verlassen, und ihr Geld und Wahr hingeliehen, verkauft oder verborgt haben, übel angeführet, und betrogen worden, also daß des Mißbrauchs halben, obberürter Kayserlichen Recht (so gleichwohl sonst in sich selbst ehrbar, bittlich, und wohl bedacht) Einssehen zu thun wohl von nöthen: als ordnen und setzen wir, erstlich das Senatusconsultum Vellejanum belangend, daß solches nicht statt haben solle, wann sich befind, daß sie die Weiber gefährlich und betrüglich handeln. Item, wann es zu ihrem selbst Nutzen, als so sie derwegen Geld, oder Gelds-Wecht empfangen, oder auch zu ihrem Vortheil, als so sie für jemand sich verbürget, dem sie zuvor zu thun und Geld schuldig seynd, geschieht. Item, wann sie der Freyheit solches Privilegii für Notarien und Glaubwürdigen Zeugen, oder in unserer Cansley, alles auf vorgehende fleißige, verständliche und gnugsame Erinnerung solcher Freyheit, sich begeben und verziehen haben.

So viel dann die Freyheit obberührter Authenticæ, si qua mulier &c. betrifft: Ordnen und wollen wir, daß dieselbig nicht statt haben soll, in Handels-Personen, und wann das Weib so wohl als der Mann, mit im Handel ist, und derwegen ihre Güter für denselben verschreibt. item, wann auch solche Verschreibungen in unserer Cansley ausgericht, oder die Bekänntheit der Burgschaft, sammt Verlegung etlicher namhafter ihrer der Frauen Güter, daselbst in das Burgemeister-Buch mit Verzeichnung gedachter Freyheit auf abermahls gnugsame Erinnerung, dieselben, wie ob-

steht, geschieht. Vor Notarien aber und Zeugen sollen solche Verschreibungen, und Renunciaciones anders nicht dann aus sonders Ehechafften und rechtmäßigen Ursachen, auch in Beyseyn und mit Verwilligung zum wenigsten zweyer ihrer der Frauen verwandten Freundschaft, geschehen, und zugelassen seyn.

Fortius obstat Decretum Senatus de Anno 1583. quod Ordinationi de Notariis, Anno 1670. publicatae, pag. 11. § 12. insertum reperimus, ubi mulieribus pro aliis intercedentibus, vel etiam principaliter contrahentibus, Scutum Vellejanum, si eidem rite non fuerit renuntiatum, non denegatur. Accedit dispositio der erneuerten Ordnung über etliche Puncten, quae Anno 1620. prodiit §. 7.

Ursdenn bey den verziechten der Weiblichen Rechts Gutthaten, vornemlich Senatusconsulti Vellejani & Authent. Si qua mulier &c. (derentwegen hiebevot ein gewisses Formular zu Rath beschlossen und zugebrauchen publiciret,) uns eusserlich angelaut, daß etwa die Erklärung von den Weibern zu Haus, durch die Richter mit schlechter Erinnerung, was solche Gutthaten in sich halten, eingeholt worden seyn sollen: so wollen wir daß allen Disputaten vorzukommen, hinführo der Reformation stricke nachgegangen, und solche Renunciaciones und Verzieg anderer Gestalt nicht eingeschrieben werden, es sey dann, daß die Weibs Personen selbst persöhnlich in unserer Cansley, oder aber von einem hier immatriculirten Notario und Zeugen, in Beyseyn und mit Verwilligung aufs wenigst zweyer ihrer Freunden auf die in obgedachter Formul gesetzte Fragen und special Erinnerung sich wohl bedächlich und verständlich erkläret. Von welcher Formul jedwedern angenommenen Procuratori und Notario Copia auf Begehren zu gestellt werden solle.

Nec ullum superesse videtur dubium, si omnibus hisce jungamus dict. Ordinat. de Notariis & eorum officio §. 6. ver-  
tis:

Insonderheit, da die Verschreibungen oder Contract, also  
be



beschaffen wären, daß auch die Weibspersonen, so in Dichten hoch bestreuet seynd, für sich selbst allein, oder neben und mit andern, wer sie auch seyen, mit Namen angeben, und dardurch entweder principaliter, oder accessorie, sive fidejussorio nomine verhaftet würden: Solle den immatriculirten Notarien bey Verweisung ihrer Ampts-Pflichten, gänzlich verboten seyn, dergleichen Concepta jemand's, er seye Christ oder Jud, mitzutheilen: Bevorab, weiln nach Aufweisung der gemeinen beschriebenen Dichten, auch Ordnung unserer erneuerten Reformation, solche weibliche Renunciaciones und Verziege, mit sonderbahren Solennitateu und anderer Gestalt nicht, dann vor der Obrigkeit, oder einer darzu legitimirten Person, als die Notarien seynd, verichtet werden sollen und müssen: Alsdann auf solchen Fall unser ernstlicher Will und Meynung ist, gleichwie in unserer Stadt-Cansley, ehe daß von dem Weibspersonen einige Verpflichtungen oder Verzieg &c. Weiblicher Freyheiten angenommen, dieselbige vorgehend's mit gewisser maßsen gefragt und erinnert, und dann erst verschrieben werden, inhalt dessen zu Ende dieser unser Ordnung nachgesetzten unsers Decrets: Daß also auch die immatriculirte Notarien, wann eine Weibsperson sich personaliter (dann mit Insäßen oder Verpfändungen hat es, wie hernach folget, einen andern Verstand) alleiu, oder selbst ander Verschreiben, oder verbürgen wolte, Inhalt's angeregter Königl. Constitution, und lezt gedachtem unserm Decret gemeh, anderst nit, dann in ihrer Gegenwart, mit denselben verfahren, und Dero Verzieg oder Renunciaciones mit austrücklichen Worten der Verschreibung, oder Contract, inseriren sollen, wie in unserer Stadt-Cansley, als gemeldet, versehen ist. Sonstken die Verschreibungen oder Contract nichtig und die Weibspersonen unverbunden / auch der Notarius in unsere Straff, nach Verbrechen, gefallen seyn solle.

Quodsi igitur nullius sunt roboris obligationes, ab uxoribus inita, nisi solenni beneficiorum muliebrium munitz renuntiatione, sane nec sufficet, si vel uxor una cum marito contraxit, vel nomen suum cum marito, chirographo subscriptit.

D 3

Non





Non ignoramus, hanc statutorum contrarietatem tanti quibusdam, celeberrimis alias, qui priore seculo in Patria florere, Jctis, visam fuisse momenti, ut iudicium suspendere, quam de conciliatione solliciti esse maluerint. Sed nos perpena differentia conditionis, quæ fuit uxorum apud Romanos, & quæ est apud Germanos, quantum ad societatem, cum marito ipso factæ contracti matrimonii initam, attinet, rem omnem definiri posse arbitramur. Distinguendum itaque inter debita socialia, id est, ea, quæ in societate bonorum conjugali à conjugibus hujus societatis gratia, id est, ob conjugalis societatis utilitatem, vel ob onus, quod eidem incumbit, præstandum vel avertendum, & non socialia, quæ principaliter non in societatis utilitatem nec ob aliquod societatis onus, fuere contracta LAUTERB. in *differt. de are al. in soc. conj. contr.* §. 17. seqq. HARPPR. de *Renuntiatione acquasf. conjug.* §. 96. Quantum ad debita socialia attinet. uxor ad solvendam eorum partem dimidiam statuto tenetur, si ea vel una cum marito contraxit, vel chirographum in casu, quo creditor Judæus est, simul subscripsit; nec hoc casu renuntiatio SCti Vellejani & Auth. si qua mul. necessaria est LAUTERB. *loc. cit.* §. 51. sicuti nec ab horum solutione, mediante beneficio Renuntiationis acquasf. & separationis bonorum se liberare potest HARPPR. *loc. cit.* LAUTERB. *loc. cit.* §. 58. Ut tamen creditor debitum speciale, vel causam societatis in genere, vel specie, per verba: *Du unserm und der Unsrigen gemeinen Nutzen; Bezahlung unsers erkauften Hauses/* & similia, expressum fuisse probet; quo probato versio in rem communem præsumitur, nec ulteriori ejus probatione creditor est onerandus LAUTERB. *loc. cit.* §. 61. & 62. Et huc loca REFORMAT. *Part. III. Tit. VII. §. 3.* (quem una cum juribus parallelis, Palatino & Solmensi, ita accipit HARPPR. *loc. cit.* §. 98.) nec non *Part. II. Tit. XIII. §. 3.* & SCtum de Anno 1626. pertinere existimamus. Quod si vero uxor cum marito sese obligaverit ratione debiti non socialis, id est, à marito, vel ante matrimonium, vel durante quidem conjugio, sed in propriam utilitatem, contracti, obligationem, quoniam re vera est intercessio, cum LAUTERB. *loc. cit.* §. 59. HARPPR.



HARPPR. *loc. cit.* §. 94. n. 2. nullius esse roboris defendimus, nisi ipsa beneficii muliebribus eo, quem statuta requirunt, modo solenniter renuntiaverit; quo faciunt reliqua loca, nimirum *Part. II. Tit. XVI. §. 11. 12. & 13.* Decretum Senatus de Anno 1583. Ordinatio de Anno 1620. §. 7. & Ordinatio de Notariis, eorumque offic. §. 6. Firmo etiam talo hanc nostram consistere sententiam, argumenta, quæ sequuntur, clarius evincunt. Cum enim 1.) lucrum hujus societatis in Foro nostro (uti in Foro Wurtembergico secundum Würtemb. Landrecht *Part. III. Tit. VII. §. wann Eheleuth. p. 350.* & *Part. IV. Tit. IV. §. Und dann. seq. p. 441. seq.* de quo proinde simile iudicium fert LAUTERB. *loc. cit.* §. 53.) ex æquis partibus inter conjuges, eorumque liberos dividatur REFORM. *Part. V. Tit. V. §. 10.* æquum est, ut & æs alienum societatis causa ab illis in hac societate contractum, ex æquis solvatur Portionibus §. 3. 7. de Societ. Unde 2.) fuit, quod nec hoc in casu mulier beneficio S<sup>C</sup>i Vellejani & Authent. Si qua mul. juvetur, cum hoc locum non habeat, quando mulier in rem propriam sese obligat. *L. aliquando 13. pr. ff. ad S<sup>C</sup>ium Vellejan. vel etiam communem L. Vir uxori. 17. §. f. ff. eod. conf. REFORM. FRANCOF. cit. Part. II. Tit. XVI. §. 11.* daß solches nicht statt haben sollte/ wann es zu ihrem Selbst-Tuzen geschähe 16. Cum iniquum foret, creditorem, cum utroque conjuge in societatis conjugalis utilitatem contrahentem, & utriusque fidem sequentem, decipi ac suo jure defraudari, qui fortassis alias non contraxisset, si uxor cum viro sese non obligasset. Accedit, quod sicut 3.) ipsa nostra REFORM. *Part. III. Tit. VII. §. 15.* & *Part. II. Tit. XVI. §. 12.* simile jus tam quoad beneficium separationis bonorum, quam S<sup>C</sup>i Vellejanum & Authent. Si qua mul. introduxit, & utrumque cessare jusfit in casu, quo uxor cum marito communem negotiationem exercet; ita validum quoque à negato beneficio separationis bonorum ad negatam S<sup>C</sup>i Vellejani exceptionem, necesse poterit argumentum, ut, quoniam vi Textus *Part. III. Tit. VII. §. 3.* conjux superstes dimidiam debitorum, quæ cum defuncto conjuge contraxit, partem solvere obstringitur, & beneficio separationis bonorum, quod amplectitur, hac



hac in parte non juvatur, nec beneficium etiam S<sup>C</sup>i Vellejani quoad talia debita, ab uxore & marito simul contracta, uxori superstiti profit, praesertim, cum eadem utrobique ratio idem jus efflagitet. Et quis, quæso, 4.) credat, si ea mens statutum REFORMAT. *cit. Part. III. Tit. VII. §. 3.* aliisque locis concordantibus, quæ supra in medium adduximus, fuisset, subscriptionem chirographi, ab uxore factam, eidem nec in casu, ubi debitum sociale est, nocere, nisi beneficio S<sup>C</sup>i Vellejani & Authent. si qua mul. solemniter renuntiaverit, ipsos ne quidem unico verbo hujus rei mentionem ibidem fuisse facturos; inprimis, si animadvertamus, quod in casu, ubi mulier literarum est imperita, nil nisi subscriptionem ab alio, nomine ipsius factam, requirant, quod sane superfluum esset, si beneficio S<sup>C</sup>i Vellejani & Authent. si qua mul. in praesentia duorum è cognatis, nec non Notarii cum testibus, renuntiare deberet; quoniam hoc in casu obligatio & renuntiatio sat roboris habet & fidei, neque ulla subscriptione, ab uxore vel alio, ipsius nomine facta, opus est.

### ANTINOMIA APPARENS VI.

**A**N conjux conjugi portionem statutariam testamento minuere possit, vel plane adimere, diversæ Jurisperitorum præstò sunt opiniones. Plurimi negativam defendunt, quos inter BRUNNEM. *ad Tit. ff. unde vir & uxor. n. 11.* CARPZ. *Part. III. c. 7. d. 1. seq.* (vid. tamen *def. 7. 9. 11. seqq.*) MEVIUS *ad 7. l. Part. II. Tit. I. art. 8. n. 42. seqq.* COTHMANN. *Vol. 1. Conf. 74.* alii. Affirmativam è contrario tuentur SALYC. & BERTACH. relati à BERLICH. *Part. III. concl. 9. n. 2.* in primis autem in casu, quo omnia bona ex statuto debentur superstiti, ne vel in casu, quo de solis mobilibus statutum loquitur, nihil autem præter mobilia in hereditate reperitur, factas testandi plane adimatur WESENB. *in Paratit. n. 2. ff. unde vir & ux.* (ubi idem locum habere putat, quando expressum est statuto, certam tantum partem ab intestato deferri) BERLICH. *Part. III. concl. 9. n. 15. seq.* Sed quicquid litis inter



ter Juris Interpretes superfit, REFORMATIO nostra Francofurtensis negantium accedit sententiæ, addita tamen certa limitatione *Part. V. Tit. VII. §. 1. & 2.*

Würde sich auch zutragen, daß der Ehemann dem Weib, oder das Weib dem Mann, dasjenig so ihm in den Heuraths-Brieffen verschrieben, oder sonst von wegen dieser unser Reformation gebühret / aus gefasster Gräme, durch sein Testament oder andern letzten Willen entziehen oder sonst schmälern wolte, **unverschuldter Sachen**: So ordnen und wollen wir, daß solches alles Kraftlos und nichtig seyn, auch also (wann die Fälle sich zutragen) erkannt werden solle.

Doch stehet ihr jedem bevor, und frey, in andern seinen zu gebrachten auch seinen halben Theil der errungenen Güter, nach seinem Gefallen zu restituiren, oder zu verschaffen.

Unde planum est, conjugum primo morientem superstiti, nisi is culpa sua se ipsum portione statutaria reddat indignum, eandem neque adimere posse, neque minuere, adeoque in casu existentium liberorum dimidiam mobilium cum usufructu alterius dimidiæ mobilium & omnium immobilium apportatorum (nisi superstes conjux vitricus sit, vel noverca, ubi nil nisi mediam mobilium partem, & quod ex pactis dotalibus ei debetur, lucratur vid. REFORMAT. *Part. V. Tit. IV. §. 6.*) deficientibus autem liberis omnia mobilia, nec non immobilium illatorum usufructum relinquere debere, in aliis vero apportatis, scilicet immobilibus, quantum ad proprietatem attinet, uti & in dimidia aquaustus parte liberum testandi retinere arbitrium. Dubium vero oritur ex *Part. V. Tit. VIII. §. 1. ubi dicitur*:

Dieweil dann diese unsere Reformation (gleichwie auch die vorige) verordnet, daß dem lebenden Ehegemahlen der Besess und Usufructus bey des abgestorbenen nachgelassenen und unverschafften Gütern / bleiben solle, doch daß derselbig den Kindern, oder andern nächsten Erben, da sie solches begehren, von wegen des Eigenthums solcher Güter, Caution die ein Usufructuarius im Rechten zu thun



thun schuldig, thun und leisten: So lassen wir es nochmahls  
dabey bleiben.

Nec non ex *Part. V. Tit. IV. §. 2. ibi:*

Als ordnen, setzen, und wollen auch wir, wann sich zuträgt,  
daß ein Ehegemacht vor dem andern, ohn Aufriechung  
einiges Testaments oder letzten Willens/ versterbe: daß  
für das erst darnach soll gesehen werden, ob sie die Eheleut  
zur Zeit ihrer Verehligung ein Heuraths-Verschreibung  
aufgericht, und darin, wie es künfftiglich auch der Erbs-  
schafften halben, solle gehalten werden, verziehung gethan  
haben. Dann, obwohl die Erbschafften durch solche Pa-  
cta von Rechtswegen nicht sollen vermacht werden. Je-  
doch wann solches geschehen, und ermeldte Pacta folgendes  
durch Testament, oder andern letzten Willen, nicht wider-  
ruffen, noch geändert worden, auch keine Leibs-Erben  
vorhanden wären: So sollen sie nicht desto weniger, als  
durch den Todt bestätigt, für kräftig geacht, und es da-  
mit vermbg solcher Heuraths-Briefe gehalten werden. Wie  
dann wir solches auch hieoben im dritten Theil, unterm  
zweyten Titul, dermassen disponiret haben.

Quantum autem ad priorem, qui obitare videtur, *Part. V.  
Tit. VIII. §. 1. attinet locum, non sequitur exinde, quoniam  
superstitii conjugii ususfructus solum competit in den unvers-  
schafften Gütern (id est, in bonis à primo moriente conjugis  
alii per modum legati non relictis) conjugii vagum, legandi  
de bonis suis, quantum velit, in fraudem super-  
stitis, superesse arbitrium, quoniam legandi facultas hoc  
in casu uti ex Tit. immediate præcedenti VII. Part. V. repeten-  
dum, non suppetit, nisi culpa superstitis conjugis, & justæ,  
quales enumerat ipsa nostra REFORMAT. Part. V. Tit. VI.  
per tot. CARPZOV. Part. III. c. 7. d. 9. BERLICH. Part. III.  
c. 35. interveniant causæ. Cùm enim sine omni dubio hujus  
materix sedes in Tit. quem diximus VII. occurrat, remque  
aperte definiat, ex eodem quod alio in loco sub obscure po-  
situm, supplendum est. COTHMANN. Vol. I. c. 74. n. 116.  
Et secundum hæc principia posterior etiam locus ex *Part. V.  
Tit. IV. §. 2. interpretationem recipit, ubi verba: ohne  
Auf**



**Aufrichtung eines Testaments oder letzten Willens** ex *Part. V. Tit. VII.* präsupponunt, testamentum secundum leges & statuta fuisse factum, id est, iustam subfuisse causam, quare conjux conjugi portionem, ex statuto debitam, totam vel pro parte, per ultimam voluntatem ademerit. Accedit, quod in *a. §. 2. specialis*, & à quæstione, quam tractamus, diversus plane occurrat casus, ubi effectus conditi vel omitti à conjuge testamenti insigni sese exserit ratione; Cùm enim in eodem, nec non in *Part. III. Tit. II. §. 4. & 5.* dispositio Juris Romani, quæ pactis de succedendo etiam inter conjuges vim nullam tribuit, quamvis eadem aliis in Germaniæ locis passim non obtineat, expressâ sanctione corroboretur; ut ad eo apud nos pacta dotalia, de omnibus bonis, vel parte eorundem, disponentia (excepta dotis & donationis causa) per testamentum aliamve ultimam voluntatem, libere tolli vel mutari queant, facile liquet, quid hoc in casu verba: ohne **Aufrichtung eines Testaments** cit. loc. sibi velint, quod nimirum, uti ultima d. §. verba clarius innuunt, testamento non condito pacta illa dotalia, etsi aliàs invalida, morte confirmantur. Sed animadvertimus, nos vitando charybdim in scyllam incidisse, dum ex *Part. III. Tit. II. §. 4.* quem ad alterum *Part. V. Tit. IV. §. 2.* locum illustrandum modò attulimus, novum exsurgit contra thesin supra positam argumentum, quod illic in oculos incurret, ex ipsis, quæ sequuntur, ejusdem verbis:

Die weil auch die Recht ausdrücklich wollen, daß die Erbschaften nicht durch Pacta und Ehe-Beredungen vermacht werden sollen. So wollen wir daß hinführo alle solche Pacta und Geding, darinn ein Ehegemahl dem andern, alle oder einen ansehnlichen benannten Theil seiner Güter (über die Ehe-Steuer und Widerlegung) erblich vermachten wolt, sollen unterlassen, und da sie gleich in die Heuraths-Verschreibung gesetzt, doch für untüchtig und kraftlos gehalten werden, und jedem Theil der freye Wille in seinen Gütern (aufferhalb der Ehesteuer und Widerlegung) seines Gefallens zu restituiren/ dardurch unbenommen/ sondern vorbehalten seyn solle.

Si

Si enim verum quod hic sole clarius statuitur, quod non obstantibus pactis dotalibus, si modo dotis & donationis propter nuptias causa non fiat deterior, pro liberrimo suo arbitrio de bonis suis per ultimam voluntatem disponere possint conjuges, sanè nec quoad mobilia, nec usumfructum in immobilibus facultas hæc restricta, sed conjugum liberum erit, superstiti portionem, per statuta in his eidem tributam, adimere vel minuere, quod tamen expressè negat *P. V. Tit. VII. §. 1.* sed uti in toto jure generi per speciem derogatur, nec ex verbis hisce generalissimis inferri potest, conjugem facere posse, ne leges in testamento suo habeant locum *L. 55. ff. de Leg. 1.* ita dubitandum non est, quin libera quam diximus, testandi facultas salva liberorum legitima, ac conjugis superstitis portione statutaria, cæterisque necessariis à legibus inductis, sit intelligenda. Portio itaque statutaria nulla ratione alterius conjugis facta, nisi legitima subsit causa, tolli potest.

T A N T U M!






ULB Halle  
001 585 339

3



56









1721/17 459  
27 17  
SPECIMEN CONCILIATIONIS  
ANTINOMIARUM  
QVARUNDAM IN JURE  
STATUTARIO FRANCOFUR-  
TENSII APPARENTIUM

UNA CUM  
BREVIEJUSEM JURIS HISTORIA  
INDULTU MAGNIFICI JCTORUM  
ORDINIS

PRO LICENTIA  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES AC  
PRIVILEGIA DOCTORALIA  
LEGITIME CONSEQVENDI  
IN AUDITORIO MAJORI  
HORIS CONSVETIS  
DIE III. MAJI ANNI MDCCXXI.

PUBLICÆ ERUDITORUM DISQUISITIONI SUBMITTIT  
ESAIAS PHILIPPUS  
SCHNEIDER,  
FRANCOFURTANUS AD MOENUM.

ERFORDIÆ,  
Typis JOH. HENRICI GROSCHII, Acad. Typogr.